



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Vbi aliqua de beneficijs, & officijs,

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

eiusmodi donationem? respondeo, licet sine vi vel fraude, & bonis artibus, persuadendo ipsum donatarium, ut cesseret ab illo fine malo: verum si persuaderi non possit, non licere vi vel fraude impedire, colligitur ex ratione modo dicta, n. 10. Quilibet enim videatur habere ius donandi id, quod sine peccato dare potest: id tamen alijs considerandum relinquo.

§. III.

De impedierte bonum alterius, quoad ea, quae pertinent ad distributionem,

vbi aliqua de beneficijs & officijs.

Aliqua non raro bona distribuuntur in Rep. inter cives, quae duplicitis dispositionis esse solent.

Prima, quae danda sunt certis & determinatis personis, v. g. singulis annis danda est à monte pietatis mensura frumenti omnibus pauperibus talis nationis, vel omnibus ijs pauperibus, qui eam voluerint. Secunda, quae danda sunt indeterminatis personis, sed eligendis ex libera voluntate distribuentis, v. g. dandæ sunt decem mensuræ ijs pauperibus, quos liberè elegerit mons pietatis, vel danda est mensura frumenti alterutri ex his duobus, quem nempe ipse distributor liberè ex duabus elegerit.

2. Dico jam 4, qui sive vi & fraude, sive sine illis quomodocumque impediatur, in priore jam dicta dispositio- ne, semper peccat, & tenetur ad restitu- tionem. Ratio est manifesta, quia tunc illi singuli habent jus ad eam eleemo-

synam, & illis ex voluntate disponen- tis ea debetur. At vero in posteriori di- spositione, si sine vi vel fraude impe- dias, non obligaris ad restitutionem, quia sicuti elector liberè eligere potest, sic tu illi persuadere: & hic recurrit ea- dem doctrina, quæ allata est supra §. 2. nu. 4. Quod si impediias vi vel fraude, ad restitutionem obligaris, quanti resti- mabitur à prudenti damnuni impedito factum. Ratio est, quia licet illi non ha- beant jus Iustitiae commutativæ, ante electionem, ad eleemosynam illam, ha- bent tamen jus, ne impediatur fraudib⁹ & vi à consecutione illius boni, recurrente huc doctrina allata supra §. 2. num. 3.

a silv. 2. 2. q. 61. art. 2. quæfis 25. cenc. 5.

Impedientes consecutionem beneficij.

3 Huc pertinent impedimenta con- tra volentes consequi beneficia, vel mu- nia, quae solent à Republica, vel à Pra- lato benemeritis distributi: de quibus hæc breviter colligo ex Lessio b.

b Less. l. 2. c. 12. du. 18. cui addit. Di- caſt. lib. 2. de just. tr. 2. d. 8. dub. 2. qm alios citant.

Primo, si quis erat beneficio dignus, illumque tu, etiam vi & fraude impe- disti, ut conferretur digniori, ad nihil teneris. Ratio est, quia dignus non habet ullum jus, respectu dignioris: quare illum impediendo facis juxta voluntatem Reip. intendentis dare be- neficia vel munera dignioribus. Quod si vi impediisti, ut conferretur 2- que digno, ad restitutionem teneris, illi singuli habent jus ad eam eleemo- juxta spem, quam aliis habebat (si enim

